

LI.

II

Ita est distinctio. huius secundum librum. In qua magister ostensa rectitudine et vitio humanorum actuum ex parte finis ordinatis. facit idem ex parte principii motus. Et tria facit. Primo inquit an omnis actus non recta intentione factus sit peccatus. Secundo an omne peccatum debeat dici voluntarium. Tertio ex parte dicitur quodammodo correlatum. Primum versus ibi. Post hec inuestigari oportet. Secundum versus ibi. Si autem omne peccatum. Tertium versus ad finem distinctionis. In speciali sententia magistri stat tribus propositionibus. quarum prima est hec. Et si infideles quos faciunt bona opera exteriora. non tamen agunt bene. et ideo non sunt meritoria. Hanc magister ponens querit. Et si fides intentione dirigat. et actus tamen interior et exterior ab intentione malicia aut bonitate habeat. Tertio ergo omnis actus infidelium qui fidentem dirigunt peccatum erit. Et arguit primo quod sic. Tu quis apostolus dicit. Omne quod non est fide est peccatum est. Tu quod actus infidelium ad finem que est charitas dei et primi non referat. In oppositum vero arguit autoritate beati Augustini dicitur. Infideles multa bona opera operantur. Quia vero magister sequens dicit infideles multa bona opera operari. bona de suo genere. licet per talia non possunt mereri. Ad idem bonum dicit multipliciter. Nam aliqui bonum dicit illud quod est licitum. et aliqui illud quod est utile. Aliqui dicit illud quod est signum boni vel quod habet speciem boni. Aliqui dicit illud quod est remunerabile. vel illud quod est remuneratio dignum. Primum tribus modis possunt infideles bonum operari. sed quarto modo non. eo quod non carent fide. Secunda propositio est hec. Nullum peccatum est demeritorium quod non sit quodammodo voluntarium. Hanc magister ponens querit. Tertio omne peccatum sit voluntarium. et dicit quod sic. Nam in peccato originali et in peccatis ex ignorantia factis et in omni peccato actuali seu veniali: seu mortali aliquo modo voluntas operatur. quod confirmat autoritate beati Augustini. Tertia propositio est hec. In tantum libere et voluntarie quis operatur quod etiam ipsa mala voluntas qua peccat: peccatum nominatur. Hanc magister ponens dicit peccatum adeo esse voluntarium quod non solum actus peccati peccatum dicitur. sed ipsa voluntas etiam qua actualiter peccat peccatum appellat quod probat per beatum Augustinum. Et tamen in speciali.

siue qui agit. et unum est ibi preceptum. si minor cum in voluntate solum peccatum princeps. Ratio: non cum voluntati etiam operatio addit et ideo maius sit peccatum: sed non plura. cum voluntas operari mancipatur.

Alia pro eisdem oppositio.

b

Sz adhuc eisdem

objicit. Si unum tamen illa duo peccata sunt: cum quod voluntate mala plus accepta deinde operatio pertrahit. non per aliquo reus est. nisi per quo ante operatio erat. cum adhuc in sola voluntate peccatum consistebat. Nullus enim reus est tunc mortis nisi per peccatum. si peccatum aliud non est admissum actione quam plus admissum erat voluntate. Non ergo per aliquo alio sic fit damnabilis actus peccato quam ante fuerat cum sola voluntate delinquebat. Ad hoc etiam et illi respondent dicentes. propter peccatum quidem tantum illi sunt reus constitui. Quis eius voluntas et actio unum sunt peccatum. per alio tamen reus factus est actu peccando quam prius erat sola voluntate delinquendo. quia per actu qui est aliud quam voluntas licet non aliud peccatum.

Ratio

Alia aduersus eosdem obiectio.

c

Itē et adhuc que

stioni insistant dicentes hec duo ideo diuersa esse peccata. quod diuersorum legis mandatorum puaricationes sunt. Alio enim mandato legis prohibetur actio furti. si non furaberis. alio furti voluntas. si non concupisces rem proximi tui. Tu autem hec duo diuersa mandata sunt quibus illa duo prohibent. patet illa duo diuersas esse puaricationes: diuersa esse peccata. Ad quod etiam illi dicitur diuersa quidem esse mandata. quibus illa duo distinctim prohibent. ut Augustinus docet super Leuiticum. Clericam tamen in illis non obseruatis vna tamen puaricatio incurrit unumque contrahit peccatum licet duo diuersa illis prohibeantur. Sicut econuerso duo sunt mandata charitatis quibus duo precipiunt diligere. vna tamen in eis nobis commendatur charitas.

Ratio

Si peccatum ab aliquo admissum in eo sit quousque peniteat.

Preterea solz que

ri. cum ab aliquo perpetrato voluntate peccato voluntas id agendi et actio transierit. nondum tamen vera habita penitentia. vtrum illud peccatum versus peniteat sit in eo. Quod non esse videtur. quia voluntas illa quam per se fuit non est neque actio. quod neque

An voluntas et actio mala in eodem homine et circa eandem rem sint unum peccatum: an plura.

DI. XLII

Utrum autem volū

tas mala et operatio sint peccatum. queri solet vtrum in eodem homine: et circa eandem rem hec duo unum sint peccatum vel diuersa: vt si quis voluntate furatur: voluntate habuit mala que peccatum est et actum malum que item peccatum est. hec autem duo diuersa sunt. si voluntas et actio. Sz nunquid diuersa sunt peccata an vnū. Quidam dicunt vnū esse peccatum. alij vero dicitur diuersa esse peccata. Quia cum sit hec duo esse diuersa. aut diuersa duo peccata dicuntur. aut duo diuersa non peccata. Quibus alij respondent. hec duo diuersa esse peccata non plura. Non ei plura peccata sunt si peccatum vnū. quod vna puaricatio vel inobediencia in vtroque admittitur. siue qui vult.

Optimo dicitur illos qui dicunt vnū esse peccatum

Ratio